

## §. XVII.

De versionibus orientalibus quædam dicenda super-  
sunt. Chaldæi Codices impressi non consentiunt. In Bi-  
bliis Antverpiensibus, Parisiensibus, & Anglicanis nostri versus  
Chaldaice leguntur, prout in Hebræo habentur. Eisdem ob-  
servavit doctissimus Masius in MSto Complutensi Chaldæo,  
quem in sua Bibliotheca asservavit, vid. Comment. ad h. l.  
MS. Saxonicum, uti supra §. XII. visum, nostros versus chal-  
daice refert. In Bibliis vero Bombergens. tum iis, quæ cura  
Felicis Pratenfis, quam quæ R. Jacobi Chajim opera prodie-  
runt, nostros versus respuuntur penitus, uti nec a Buxtorfia-  
nis in textum recipiuntur. Ex quo abunde constat, MSSos  
Codices variare, versusque nostros in illis non legi, qui a  
Judæis ad Masorethicos Codices sunt reformati, in aliis vero  
eisdem exhiberi, qui secundum Codices Hebræos integros  
sunt exarati. In versionibus Syrorum omnibus nostros com-  
parent versus, sed tamen transpositi, ita ut urbibus Zabulo-  
nitarum, quæ in hebræo præcedunt, nostræ Rubenitarum  
urbes præponantur hoc modo:

307      308      309      310      311  
 אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת  
 אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת  
 אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת  
 אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת      אֶרְמוֹת

*Fuerunt civitates, ex tribu Rubilfabas cum villis ejus, Kermoth  
cum villis ejus, Cariathim cum villis ejus, Afemoth cum villis ejus:  
Civitates quatuor cum villis earum. Et ex tribu Zabulon &c.*

Hæc sunt ex editione Anglicana, quæ cum Pariensibus  
concordant. Herbertus Thorndicius, qui Pocokii &  
Ufferii Codices MSSos contulit p. m. 16. annotat, *Ex quatuor  
urbibus Rubenitarum, in duabus dissentire Codices Syriacos ab  
Hebraicis: Sicut etiam præponunt urbes Rubenitarum urbibus  
Zabulenitarum.* Ut adeo appareat, Syriacos Codices omnes

E

con-